





Kern 86  
(1-54; a-g)



# INDEX LABORVM

QVIBVS  
PER SEMESTRE HIBERNVM  
OCCVPABVNTVR

## PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES IN ACADEMIA FRIDERICIANA PRO-RECTORE MAGNIFICO CHRISTIANO WOLFIO

REGI BORVSSIAE A SANCTORIBVS CONSILIIS ACADEMIAE PRO-  
CANCELLARIO IVRIS NATVRAE AC GENTIVM VT ET MATHESEOS PROFESSORE  
PVBLICO ORDINARIO PROFESSORE PETROPOLITANO HONORARIO ACADE-  
MIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISINAE SOCIETATVMQVE REGIA-  
RVM BRITANNICAE AC BORVSSICAE MEMBRO.

### ADMONITIO AD B. L.

Non priuato ausu, sed augustali libello non ita pridem iussi, eo ordine exhibemus  
patrum huius academiae nomina, qui cuique in consessu professorum ordinario-  
rum assignatus est: quae lex eadem in posterum obseruabitur.

### Lectiones Pro-Rectoris, Cancellarii, Directoris & Senioris.

CHRISTIANVS WOLFIVS, Pro-Rector & Pro-Cancellarius, publice hor. IX. mat. ex-  
ponet differentias Iuris Naturae & Romani quoad Ius rerum. Priuatim Hor. XI. pergerit in Prae-  
lectionibus in Grotium. Hor. vero VIII. mat. tradet Philosophiam moralem &. Hor. III.  
pom. Architecturam Ciuilem & militarem, finitis disciplinis ad Mechanicam spectantibus.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, Cancellarius, hora IX. INSTITVTIONES IUSTINIANEAS  
explicabo; adiunctis, in quouis *ritulo*, GERMANICI IURIS DIFFERENTIIS. Ita enim facilius pro-  
ficiunt auditores, in erendis & intelligendis *rerum* FORENSIVM multiplicibus causis, confatis in  
uno coagulo, PRAXEOS nomine. Licet vero alii sigillatim docere soleant *ius Germanicum*: mihi  
tamen semper illa methodus se commendauit: qua *coniunxi utrumque, cum duo iuxta se posita  
magis elucescant* & auditores erudiantur in utroque iure & Romano & patrio simul. Hora XI. FEV-  
DALIA IVRA docebo, STRVIO autore. Vniuersa GERMANIA nostra FEVDALIS est. Nam &  
*principes & proceres imperio sunt iusfalsi* & illis, eodem iterum nexu, tenetur *provincialis nobilitas*.  
Dolendum uero est, quod haec *iurisprudencia pars*, peregrini Longobardici iuris glaucomate,  
tantopere sit *deturpata*; ut oleo operisque sit opus, ex luminibus medii aevi, liberare illam sordi-  
bus & laruis. Id est, *Germaniam Germaniae* restituere postliminio. Egi hoc idem illud uir &  
fenex, literis usque doctus rerumque eius generis experientia. Sunt, qui me consultorem ha-  
bent *conuersionis feudorum* in libera patrimonialia. Impetierunt me olim maledictis ideo, proprii  
commodi, in gentilitia nobilitate, ignari. Verum ex quo, sub imperii ingressum, angustissimus  
REX tot prouinciarum ordinibus rescriberet: malleatne *conuersionem* (Die Lehens-Vererbung)  
retinere & continuare; an reuertit ad pristinum statum clientelarem? Primum omnes habuere  
in uotis; insit *regalis indugensiae*, alibi inauditae omnino. Quid? quod seculi sui hoc tribue-  
runt felicitati. Gloriosa poenitentia, meae miserae fauorabilior ideo: quod liceat propterea esse  
certissimo, peccatos nunc maleuolorum animos & gratiarum aliquid redundare in meas uigilias  
earumque, post fata, memoriam.

IVSTVS HENNINGVS BOEHMER, IC. Academiae Director, hora III. pomerid. publi-  
cis scholis *ius combiale*, duce B. LVDOVICI, interpretabitur; priuatis curis autem ad partem al-  
teram *digestorum* horis consuetae properabit, & hora IX. ad *institutiones iuris canonicae* se editas  
commentabitur, nec iis deerit, qui in referendis actis manu ductionem desiderabunt.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiae Senior, ingrauescente aetate corporis qui-  
dem vires, minime tamen animi, quod Dei beneficium est, decrescunt; multo minus aliis inferui-  
endi studium imminuitur. Quum igitur per decem propemodum annos non sine singulari  
profectiorum artis salutaris studiosorum usu ac fructu e morborum historiis, ab exteris ad me  
missis, genuinum caussarum nexum eruerim, & certam medendi methodum candide demonstra-  
uerim: hos insignis utilitatis clinicos labores bono cum Deo sequenti hiemali femestri prosequar.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange publice hora X. lectiones Theticas ad ductum libri sui, Oeconomiae  
dogmaticae, continuabit: priuatim vero hora III. Psalmos selectos, eosque difficultiores adhibita  
claua hermeneutica, quam Apocalypsis exhibet, secundum fontem Hebraeum interpretabitur.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIUS epistolam Pauli ad Galatas interpretabitur, &  
confuetas



consuetas lectiones paraneticas in *Ideam Studiosi Theologiae* continuabit; horis autem exegetico-asceticis a priori ad *posteriorem* epistolam ad *Corinthios* perget.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, publice hora IX. historiam passionis & mortis, nec non resurrectionis & ascensionis Dominicae, harmonico ordine ex Graeco IV. Evangelistarum textu; *privatim* vero hora II. a meridie, Pentateuchi Mosaiaci libros tres posteriores ex Ebraeis fontibus explicabit.

SIGISM. IAC. Baumgarten b. c. D. publice hermeneuticam sacram eaque finita *antiquitates christianas* pertractabit, asceticam explicationem *Lucae & Iohannis* continuabit diebus solis, atque saturni diebus *dispusabit*. *Privatis* scholis h. VIII. theol. *dogmaticum* redordietur ad ordinem compendii *Freylinghausiani*, h. XI. historiae christianae partem nouissimam emenfus, *controversias theologicas* explicabit, & h. III. Pauli epist. ad *Romanos* interpretabitur. *Privatissimis* laboribus implebit desideria commilitonum; qui exercitium *disputatorium* & *notitiam theol. literariam* rogarunt.

D. BENED. GOTTLLOB CLAVSWITZ Publice H. II. post institutiones homileticas praeterito semestri expositas *usum earum in Pericipsis euangelicis analytica, & synthetica* potissimum *methodo, tractandis* ostendit. In *disputatorio* H. I. die *mercurii controversias cum Arminianis* excurrere perget. Die *Solis* H. VI. *Asceticum in Acta Apostolorum* continuabit. *Privatim* H. IX. finita epistola ad Rom. in *epistolam ad Hebraeos* exegerica tractatione commentabitur. H. V. *Theologiam moral* ad ductum Oeconomiae moralis Vener. Sen. D. LANGII dilucidabit *publicos* etiam *de fide in Iesum Christum* *disputationes* continuabit.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice h. 9-10. dierum lunae, martis & mercurii, *Epistolas Pastorales* Apostoli, Pauli, ad *Timotheum & Titum* scriptas, Deo opitulante, quamprimum, graui morbo hucusque confictatus, plene conualuerit, accurate explicabit. Earum ductu *studiosa theologiae* iuuentus rectissime discit, quinam animi habitus a se induendus sit, vt digna fiat, aptaque ad fidele ecclesiae ministerium; & eidem modi, praefidiaque certa & explorata illo fructuose fungendi, tam sancte, quam neruose & solide traduntur. Caeterum, dum *Decanatu* sui ordinis fungitur, reliquis horis, cum aliis illius negotiis peragendis, tum inprimis habendis conuentibus hebdomadalibus, quibus iuuentus nostra *studiosa, (quod Fridericiana nostra peculiare est,)* bonis consiliis, ex statutorum praescripto, instruit solet, occupatus erit.

IO. GEORG. KNAPP h. 11-12. *difficiliores ex bagyographis libros* enucleare interpretabitur. h. 5-6. *historiam ecclesiasticam N. T.* narrando ita explicabit, vt anni spatio absoluitur. Singulis vero diebus Veneris h. 6-7. vespertina continuabit *colloquium biblicum*, priorem ad *Timotheum* epistolam porro tractaturus.

## IVRIDICAE.

SIMON PETR. GASSER, 1 Ct. publice *hora XI. positiones* quasdam communicabit, quibus materia *successionis ab intestato* secundum iura *communis, feudalia, primogeniturae, maioratus, familiarum simplicia* exhaerianur, additis specialioribus quibusdam *de iure repraesentationis*. *Privatim* *hora X. & II. pom. ad Pandectas Ludouicianas* commentabitur, iunctis *causelis* perperuis theoretico-practiciis. Porro *hora III. pom.* collegium *practico-elaboratorium* denuo aperiet secundum suas *Positiones practicas in Orphanotropheo* prostantes.

D. IAC. GAER. WOLF hora VIII. matutina *institutiones suas iurisprudentiae naturalis, tum privatae, tum publicae, regulas iusti & virtutis excellentioris distincte* explicantes atque applicantes; hora IX. Illustris quondam HEINECCI nostri *elementa iuris ciuiliis, secundum ordinem institutionum aeternota*; hora XI. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris imperialis*; denique hora III. pomeridiana *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum Imperialium*, omni fide atque industria, comire vbique veritate ac iustitia, interpretabitur. Nouarum doctrinarum initium, finitis nundinis Liptiensibus A. S. N. factururus.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE interpretabitur *Elementa Iuris Germanici* Hora IX. B. HEINECCI *Elementa Institutionum* Hora XI. & *Pandectas Ludouicianas* Hora X. & II. Aperiet etiam Hora III. *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum der gründlichen Einleitung zum gerichtlichen Proceß simulque *Principia artis relatoria* tradet. Facturus initium finitis nundinis Liptiensibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE scholas consuetas ad *Institutiones Iustinianaeas*, STRVVII *Iurisprudent. forensis* & LVDOVICI *doctrinam Pandectarum* aperiet, ad instantiam quorundam Dnn. Auditorum Collegium *examinatorium* ad Pandectas additurus. *Initium*, DEO propitio, finitis nundinis Liptiensibus, d. 16. Octobr. fiet.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER, 1 C. per instans semestre explicabit hora VIII. *Elementa iurisprudentiae criminalis* hora IX. B. HEINECCI *Elementa iuris naturae & gentium* hora X. iuncta *Ida Dn. Parentis Pandectarum* hora XI. B. HEINECCI *Elementa iuris ciuiliis* secundum ordinem *Institutionum*; initium factururus finitis nundinis Liptiensibus h. e. 16. Octobr.

MARTINVS SCHMEIZEL *Iur. Publ. Prof.* *Operas publicas* suo infra loco indicabit; *Privatim* b. IX. *Historiam Iuris Ciu. & Can.* exponet; b. X. *Controversias illustres, quae de Austria*



ei<sup>9</sup> *Attentionibus acriter hodie mouentur*, ad seriem thesum interpretabitur, momenta rerum & scripta eo pertinentia fideliter enumerando; *b. XI. celeb. Mascouii Iuris Publ. Principia* rursus exponendo repetet, singulas doctrinas, ad presentem vsque rerum statum deducendo adplicandoque.

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, Prof. Iuris ordinari. Hor. VIII. matutina *Ius Feudale*, & quidem ex eius *Introductione*, quae iam prodiit, tradet, ea scilicet methodo, vt *Explicatio Legum nostri Imperii Fundamentalium* his Curis annectatur, quae in libro IV. diuti operis apparent. Hor. XI. Duce *Seruuio Historiam Imperialem* (*Reichs-Historie*) methodo quidem confusa explicabit, ita tamen vt animaduersiones in hunc Autorem quae sub titulo *Grundleitung* iur. *Reichs-Historie* prolant, vbique adhibeantur. Hor. II. pom. ex *Ludouici Introductione* *Ius Militare* explicabit. Hor. III. praelucente *Mascouio*, *Ius Publicum* tradet, & quidem vt genuinum & authenticum eius vsus ex ipsa *Historia* & *Actis publicis* vbique appareat. Hor. IV. praecunte *Puffendorffio*, *Historia Vniuersalis* est consecrata, ita scilicet, vt omnium Regnorum quae floruerunt, & adhuc florent, genuina ac plena *Historia* exhibita appareat.

D. IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) exponet *Ius Naturae & Gentium* ad B. HEINRICII *Elementa* hora IX. ad X. & 2) EIVSDEM *Elementa Iuris Ciuitis ord. Institutionum* interpretabitur, traditurus sedulo *differentias Romani & Germanici Iuris* methodo commodissima perueniendi ad *praxin genuinam* hora XI. Commentabitur quoque 3) ad EIVSDEM *Pandectas eodem methodo* per semestre absolundas hora X. iunct. II. Collegio autem 4) *Processuali elaboratorio* definiat horam III. praetereaque 5) rogantibus hor. VIII. matut. praestabit *collegium elaboratorium ad processum criminalem*.

## M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI, *Publicis* Lectionibus, quas haecenus constanti studio profecutus est, Casus Fortuitos & Tragicos, Medicam opem expectantes, continuiat. *Privato* negotio Physiologia, Pathologica & Materiam Medicam confusa industria explicabit: porro absolutis Collegijs Practico & Chymico nunc matutina VIII. Semioticam, vsui Practico accommodatam & hora p. m. II. Therapiam generalem b. c. d. ab initio tradet.

IO. IVNCKER publice chirurgiam docebit. *Privatim* medicinam theoretico-practicam & chemiam incipiet. *Privatissime* prouectiores ad *praxin clinicam* manducet.

D. IO. HENR. SCHVLZE praelectiones, quae ob morbum, quo adhuc detinetur, haud parum impeditae sunt, Deo pristinas vires sufficiente, ad finem deducet. De nouis laboribus rempessive admonet. Pathologico-practicam doctrinam non intermitteret, si plura polliceri valeditudinis habendae rationes non finent.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, P. P. O. Finitis iam per Dei gratiam praelectionibus publicis physiologicis ad aliam in artis salutaris exercitio maxime necessariam partem, hygienem nempe, quae de vita & sanitate per rectum rerum non naturalium vsuum tuenda progredior, simulque demonstrabo, qua ratione ex harum neglecto & peruerso vsu morbi ortum suum capiant & incrementum. *Privatim* vero in materiam medicam ita commentabor, vt ex tribus naturae regnis, quae huc spectant, & scitu vsique sunt necessaria, non modo nobilissimis Dnis philiatricis proponam, sed & singulorum principia & agendi vires dosim ac praeparata fideliter doceam. Horas his hibernis laboribus destinatas & valuis publicis significabo.

## P H I L O S O P H I C A E.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, praeter Graecas & Ebraicas in V. & N. Testamentum praelectiones, *privatim* hora III. a meridie Chaldaica & Rabbinica ex *Hosea illustrato*, quem Celeb. HARDTIVS edidit, docebit.

MICHAELIS ALBERTI in *Physicis*, doctrinam de elemento *Aeris* proponet; posteaquam *publicis* discursibus praeterito Semestri Hydrographiam eodem continuo ordine pertractauit & absoluit.

IO. IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice h. 2. *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem*, *Arithmeticam*, *Geometriam* atque *Trigonometriam*; *privatim* vero h. 4. *Mathesin applicatam*, h. e. disciplinas *Mechanicas*, *Opticas* & *Astronomicas* cum *Archieitura ciuili* atque *militari* demonstrabit. *Algebram* h. 5. ita enodabit, vt dum Tomus IV. Elementorum Germanicorum Illustris WOLFFI explicatur, prouectiores simul Elementa Latina sibi reddant familiaria. *Astronomiam* horis quibusdam vespertinis mensis Octobris atque Novembris ita tractabit, vt asterismi atque stellae in mappis, globo & caelo ipso innotescant. *Physicam dogmatico-experimentalis* ad ductum Elementorum suorum h. 1. ita exponet sensibus & intellectui auditorum, vt nexus dogmatarum perpetuis illustretur & confirmetur experimentis. Tractationi *specialissima Historiae naturalis*, praecunte Cel. LINNAEO in *systemate naturae* (quod cum versione germanica in officina Orphanotrophie prostat) & succurrente proprio rerum naturalium apparatu destinabit horas 1-3. die Sabbati, quibus ad consensu auditorum aliae adhuc iungi possunt.

MARTINVS SCHMEIZEL, Prof. Publ. *Historiarum*. Horis *publicis* librum suum *die Historiae der Gelehrtheit* interpretabitur; *Privatim* hora II. *Historiam Eccl. Nou. Test.* ad ductum *Pracogitorum*



*gnitorum suorum Hist. Eccl.* proponet, more pragmatico explicandam; *b. III. Historiam Germaniam*; *IV. Historiam Vniuersalem* rursus repetet; Neque illis deerit sua opera, qui hebdomatim duabus horis, in *Arte Heraldica* sese instrui desiderabunt.

D. IO. HENR. SCHVLZE Antiquitates Græcas & Romanas ad antiquissima eius exempla & documenta, quæ in numis exstant, explicabit, & ad hanc omnem doctrinam pertinentes auctores indicabit hora a meridie III. diebus lunæ, martis & iouis. Priuatissimas institutiones expectantibus facilem se præbebit.

DANIEL STRAEHLER 1) *Logicam* suam iterum illustrabit, 2) *Metaphysicam* MAGNICI DN. PRORECTORIS WOLFII exponet, 3) ad eiusdem VIRI MAGNICI *Erbicam* & *Ius natura erbicum*, seu, Tractatum: von der Menschen Thun und Lassen: vt & 4) ad illius *Politicam* & *Ius natura politicum*, seu, Tractatum: von den menschlichen Gesellschaften: commentabitur, ac denique 5) *Arithmeticam*, *Geometricam* & *Trigonometricam* ita tradet, vt discant inde auditores, vsum & applicationem *Logicæ* in cæteris eruditionis genuinæ partibus. Initium fiet finitris nundinis Lipsiensibus d. 16. Octobris.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG a IX. - X. *historiam Imperii Germanici* tradet STRVVIO duce, legesque & obseruantiam imperii ex omni aui rebus gestis illustrabit: ab XI. - XII. *idem* aperiet *collegium*, vt variorum tempori & opportunitati consulat facilius: a III. - IV. *historiam vniuersalem* Europæ regnorum & rerum publicarum proponet, FVFFENDORFIO præeunte. *Publicas lectiones* ex tabulis publicis significabit. Initium priuararum lectionum critfinitis nundinis Lipsiensibus.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS *publice* alterum *Cursus philosophici* pensum, *philosophiam* nempe *moralem vniuersalem*, *Erbicam*, *Ius Natura* & *Politicam* duce S. R. WALCHIO exponet hora XI. - XII. *priuatim* vero hora II. - III. B. nostri HEINECCI Elementa philosophiæ *rationalis* & *moralis* coniunctim interpretabitur, hora III. - IV. *Logicam* teorism præleget, præeunte Cl. BAVMEISTERO; hora IV. - V. *Metaphysicam* docebit ad ductum thesism suarum: *Ursfangs-Gründe der philosophischen Wissenschaften überhaupt*. Singulis tandem *Saturni* diebus hora II. - IV. *Collegium disputationum* in recentissimas philosophiæ controversias instituet.

D. IO. HENR. CALLENBERG operam dabit, vt quamprimum valetudine aduersa, & Decanatus theologiæ onere liberatus fuerit, certis scholis, inchoata *lesione* explicatio, lingua *Arabica*, hor. 2. 3. diei lunæ; & *Robbinica*, (cum qua idioma *Iudæicogermanicum* arte coniunctum est) institutio, h. 2. 3. diei iouis, continuetur; & noua *Historia literaria* recensio h. 2. 3. diei mercurii instituat.

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, Prof. Philof. ordin. Hor. IX. mat. *Geographiam Historico-Policam* methodo consueta exhibebit. Hor. X. ex *Seckenorsffii* *Fürsten- & Staat* genuina principia Politices ac Oeconomiæ Cameralis, & quæ cum his Curis connexa demonstraturus est. Hor. I. diebus *Mercurii* & *Saturni* *Statum* nostræ Europæ, & quidem præsentem *Historico-Policam* explicabit. *Lectiones* publicas destinato tempore indicabit, omnium vero harum *Curarum* Initium fiet finitris Nundinis Lipsiensibus.

## EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice *Oculorum* præleget *Affectus* d. Mercur. & Saturni. hor. X. *priuatim* auspiciabitur *Collegium Præticum* cum cautelis hor. IV. & *Chirurgiam* continuare perget hor. I. *Lectionum* d. 16. Oct. erit initium.

IO. FRIED. CASEBOHM, Anatomiae Professor, horas antemeridianas, a 9. ad 11. præparationi, pomeridianam vero, a 3. ad 4. demonstrationi anatomicae partium in cadaueribus humanis *priuatim* destinauit. *Publice* autem, dieb. Mercur. & Saturni. hor. 3. pomerid. in tradenda methodo rite fecandi cadauera humana, perget.

IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Phil. Prof. Publ. finitris Lipsiensium nundinis, redauspicabitur h. VIII. oratoriam, duce GOTTSCHEDIO; epistolographicam germanicam, ad principia *Neukirchiana*, hora X. *diebus Saturi* h. III. uacabit exercitiis oratoriis: Et cum in *collegiis styli* cultioris plures Dominorum Commilitonum socios timeant, reliquum tempus consecrabit iis, qui soli solide instrui cupiant.


IO. FRIED. STIEBRITZ, P. P. per instantes semestre autumnale *Logicam* hora III. - IV. pomerid. tradet, ad ductum *Magnifici academiæ Pro-Rectoris, Dni. CHRIST. WOLFII*, in den vernünftigen Gedanken von den Kräften des Menschlichen Verstandes. Ad *Metaphysicam* demum enucleandam animum adiunget hora IX. - X. marut. viam monstrante *eodem viro summo*, in den Gedanken von Gott, der Welt, und der Seele des Menschen. Denique *cursorium collegium Graecum* aperiet hora X. - XI. quo omnes singulosque *Noui Testamenti* libros, intra vnus semestris spatium, succindis obseruationibus illustrabit. Nouum, quod mox occupabit, auditorium, & publicarum lectionum rationem suo tempore ex tabula publica in *Commilitonum* notitiam perducat.

P. P. Kalendis Septembr. c1o 1000 xxxxi.

Hala Magdeburgica, litteris HENDELIANIS.









# INDEX LABORVM

QVIBVS  
PER SEMESTRE HIBERNVM  
OCCVPABVNTVR

PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRO-RECTORE MAGNIFICO

## CHRISTIANO WOLFIO

REGI BORVSSIAE A SANCTIORIBVS CONSILII ACADEMIAE PRO-  
CANCELLARIO IVRIS NATVRAE AC GENTIVM VT ET MATHESOS PROFESSORE  
PVBLICO ORDINARIO PROFESSORE PETROPOLITANO HONORARIO ACADE-  
MIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISIINAE SOCIETATVMQVE REGIA-  
RVM BRITANNICAE AC BORVSSICAE MEMBRO.

### ADMONITIO AD B. L.

Non priuato ausu, sed augustali libello non ita pridem iussi, eo ordine exhibemus  
patrum huius academiae nomina, qui cuique in confessu professorum ordinario-  
rum adsignatus est: qua lex eadem in posterum obseruabitur.

### Lectiones Pro-Rectoris, Cancellarij, Directoris & Senioris.

CHRISTIANVS WOLFIVS, Pro-Rector & Pro-Cancellarius, publice hor. IX. mat. ex-  
poner differentias Iuris Naturae & Romani quoad Ius rerum. Priuatim Hor. XI. perget in Prae-  
lectionibus in Grotium. Hor. vero VIII. mat. tradet Philosophiam moralem &. Hor. III.  
pom. Architecturam Ciuilem & militare, finitis disciplinis ad Mechanicam spectantibus.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, Cancellarius, hora IX. INSTITVTIONES IVSTINIANEAS  
explicabo; adiunctis, in quouis titulo, GERMANICI IURIS DIFFERENTIIS. Ita enim facilius pro-  
ficiunt auditores, in erendis & intelligendis rerum FORENSIVM multiplicibus causis, conflatis in  
uno coagulo, PRAEIOS nomine. Licet vero alij sigillatim docere soleant *Ius Germanicum*: mihi  
tamen semper illa methodus se commendauit: qua coniunxi utrumque, cum duo iuxta se posita  
magis elucescant & auditores erudiantur in utroque iure & Romano & patrio simul. Hora XI. FEV-  
DALIA IVRA docebo, STRVVIIO autore. Uniuersa GERMANIA nostra FEVDALIS est. Nam &  
principes & proceres imperio sunt *uasalli* & illis, eodem iterum nexu, tenetur *provincialis nobilitas*.  
Dolendum uero est, quod haec *iuris prudentia pars*, peregrini *Longobardici* iuris glaucome,  
tantopere sit *deturpata*; ut oleo operisque sit opus, ex luminibus medij aevi, liberare illam sordibus  
& laruis. Id est, *Germaniam Germaniam* restituere postliminio. Egi hoc idem illud uir &  
fenex, litteris usique doctus rerumque eius generis experientia. Sunt, qui me consultorem ha-  
bent *conuersionis feudorum* in libera patria. In  
comodi, in gentilitia nobilitate, ignari. Verum  
REX tot provincialiarum ordinibus rescriberet: malle  
retinere & continuare; an reuertere ad pristinum statum  
in uotis, instar *regalis indulgentiae*, alibi inauditae o-  
runt felicitati. Gloriosa poenitentia, meae mufulae f-  
certissimo, peccatos nunc maleuolorum animos & g-  
earumque, post fata, memoriam.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. A-  
cis scholis *Ius cambiiale*, duce B. LVDOVICI, interpr-  
teram *digestorum* horis consueteris properabit, & horum  
commentabitur, nec iis deerit, qui in referendis actis

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiae  
dem vires, minime tamen animi, quod Dei benefici-  
uendi studium imminuitur. Quum igitur per de-  
prouectorum artis salutaris studiosorum usu ac fru-  
missis, genuinum caularum nexum eruerim, & certe  
uerim: hos insignis uilitatis clinicos labores bono cu-

### LECTIONES TH

D. IOACHIMVS Lange publice hora X. lectiones  
dogmaticae, continuabit: priuatim uero hora III. P-  
clauae hermeneutica, quam Apocalypsis exhibet, fec-  
GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS ep-

